



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

XI. Herzog Otto's von Braunschweig Vergleich mit dem Kloster Königslutter, worin letzteres halb Wolfsburg und den Hof Berge bei Gardelegen dem Herzoge abtritt, vom 19. Mai 1327.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55003](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55003)

XI. Herzog Otto's von Braunschweig Vergleich mit dem Kloster Königslutter, worin letzteres halb Wolfsburg und den Hof Berge bei Gardelegen dem Herzoge abtritt, vom 19. Mai 1327.

Dei gratia Nos Otto, Dux in Brunsvig, recognoscimus in his scriptis publice et fate-
mur, quod inter nos et honorabilem virum Dominum Abbatem, Priorem, totumque Conventum in
Luther taliter existit concordatum, quod dictus Abbas et suus Conventus Nobis et nostris heredi-
bus proprietatem medietatis Casri Wulwesborg necnon Curiam Berghe prope Gardelege
intuitu perpetue promotionis legaliter donarunt. Nos quoque ipsis e converso duo talenta in Villa
Boymisdorp annis Singulis presentibus assignamus, donec ab ipsis pro Viginti Marcis puri argenti
redimere seu reemere valeamus. In premissorum testimonium dedimus presens Scriptum nostro
Sigillo firmiter consignitum. Actum et Datum Wolfenbüttel, Anno domini MCCCXXVII, feria
tertia in Rogationibus.

Nach alter Copie.

XII. Otto, Herzog von Braunschweig, vereignet die jährliche Hebung von 6 Wispel Roggen aus Walfstowe und Prelop zur Gründung eines Altars zu Walfstowe, am 14. August 1328.

— Nos Otto, Dux de Brunsvich et luneborch, Otto et Wilhelmus, Domicelli et
eius filii, — Recognoscimus — Quod Seghebandus de Wittorpe, miles, Bodo de walfstoue
et fratres sui ac Gherbertus, Magister in putei (sic), Consul in Luneborch, quoddam altare
in honorem dei et Beate Katherine in Ecclesia Walfstoue cum sex choris siliginis dotare pro suis
et amicorum suorum animabus intenderint, Nobis humiliter supplicarunt, vt proprietatem bonorum
pro huiusmodi fundatione determinatorum ac dein altare donare misericorditer dignaremur. Nos
igitur — donamus — proprietatem — duarum curiarum, quarum vna in Walfstoue sita est —
alia curia in villa perlepe, quam nunc colonus quidam — in Walfstoue — colit — Datum
Luneborch, anno — Millesimo Trecentesimo vicefimo Octauo, In vigilia assumptionis.

Nach dem Originale im Wolfenburger Archive.